33 † ſpurij nati ex coitu reprobato,damnabili , atque
punibili ſicut nõ legitimantur per oblationem cu-
riæ,ſed ſolum naturales,& nati ex coitu non dam-
nabili,vt in auth.quib.mod.nat.effi.ſui,ubi tex.ſolũ
de naturalib.loquitur,& hr̃ in l.3.&in l.qm̃ C.de na
tur.lib.ita ſi ingreſſus monaſterij eſt ad inſtar obla-
tionis curiæ,& per illum ſpurij legitimantur, ſicut
per oblationem curiæ,vt dicunt Guliel. de Cun.&
Bal.in d.l.1.C.de ſacroſan.eccl.ſolum naturales , &
non nati ex coitu damnabili per ingreſſum religio
nis legitimari poſſunt , & hoc mõ debet declarari
d.Guliel.& Bal.de quo ſupra , alioquin bona nõ eſ-
ſet ſimilitudo , ꝗ̃ faciunt de ingreſſu religionis ad
oblationem curię.Et licet Gul.& Bal.loquantur de
ſpurio,cui à patre fuit relictum, ſi monaſterium in-
greſſus fuerit,tñ eorum dictum non debet intelligi
de quolibet ſpurio,& ſic ẽt de nato ex coitu repro
bato,& damnabili,ſeu punibili,quia talis per obla
tionem curiæ non legitimaƭ, vt ſup. ſed de ſpurio
nato ex coitu non damnabili , qui de iure põt ma-
tri ſuccedere,nã talis ẽt dr̃ ſpurius,vt in d.l. ſi qua il
luſtris,& in d.§.nouiſſimè cum alijs. Non eſt igiƭ in
caſu nr̃o arguendum ex d.Bal.& Gul.in d.l.1.ad ca-
ſum nr̃m,vtrum ex ꝓmotione ad ep̃atum ſpurius
natus ex archiepiſcopo,eiuſq; ꝯcubina , uel ex alia
muliere,quorum coitus eſt reprobatus , atq; dam-
nabilis,dicatur legitimari , ſicut legitimaƭ ſpurius
ſimpliciter ꝑ ingreſſum religionis : Et hæc ſunt de
mente Bertach.in tract.de ep̃o q.46. & Caccialupi
in d.l.ſi qua illuſtris col.15.nu.36. Et ſic ex prædictis
ceſſare vr̃ ſ̃m motiuum,ꝙ erat in eo fundatum , ꝙ
D.Philos fuerit legitimatus,& factus capax ſucceſ-
ſionis paternæ,& maternæ ex eo,ꝙ ad ep̃atum fue
rit promotus. Tertio motiuo ſupra in oppoſitum
principaliter deducto,per ꝙ inferri uidebatur,Do.
Philonem epiſcopum Aſculanum tempore teſta-
menti,& mortis matris ſuæ fuiſſe legitimatum , &
ſic capacem hæreditatis paternæ, quia prius fuerat
cum eo a Papa diſpenſatum,vt non obſtante nata-
lium defectu poſſet ad epiſcopatum,& ad oẽs alias

dignitates, & beneficia apoſtolica promoueri, &
ꝑut in literis apoſtolicis plenius hr̃, ob q̃ diſpenſa-
tionem D.Philos epatum Aſculanum obtinuit, &
uti epus fuit conſecratus,& confirmatus,qua rõne
multo magis cenſeri debuit ẽt habilitatus,& legiti
matus ad tporalia, & ſic ad ſucceſſiones paternas,
& maternas non aliter,ac ſi natus fuiſſet legitimus,
& ex legitimo mr̃imonio,alioquin ad epatum ad-
mitti non potuiſſet.c.cum in cunctis,c.innotuit ex
tra de elect.q̃ ꝯñtiam ferè ad literã probare vr̃ text.
in d.c.per uenerabilem poſt princ. Reſponderi põt
34 primo,ꝙ † is,cum quo ſimpliciter per Papã diſpen
ſatum fuit,ſuper defectu natalium, vt non obſtãte,
quòd fuerit ſpurius, &natus ex coitu adulterino,ac
aliàs reprobato, atq; punibili,poſſit promoueri ad
epatum,aliasq; dignitates, & beneficia eccleſiaſti-
ca,non intelligitur fuiſſe ẽt diſpenſatus quoad tpa-
lia,& ꝯñr quoad ius ſuccedendi in bonis,& hæredi
tate parentum,quamuis hoc ultimũ minus eſſe di-
35 catur,arg.d.c.nouit,& d.c.ſolitè, qm̃ † diſpenſatio-
nes,quib.ſpurij, & inceſtuoſi ad ſpiritualia,&digni
tate eccleſiaſticas habilitant,ſũt ſtricti iuris,& odio
36 ſæ c.1.de fil.presbyter.in 6.& † iõ in illis non debet
fieri extenſio de uno caſu ad alium penitus diuer-
ſum d.c.1.& 2.de fil.presbyt.in 6.Præterea in diſpen
ſationib.alicui conceſſis ꝯ ius cõe in tm̃ prohibet,
& ceſſat extenſio de caſu expreſſo ad alium caſum
diuerſum,& ſeparatum,ex illa rõne, qa ſunt odio-
37 ſæ,ꝙ † non ſolum ex identitate,ſed ẽt ex maiorita
te rõnis fieri non poſſit,Fed.de Senis in cõſi.14.quẽ
refert,& approbat Abb.in c.at ſi clerici §. de adul-
terijs col.3.extra de iud.Old.in conſ.252.Io. And.in
c.quæ à iure de reg.iur.in 6.in mercurialib.Fel. latè
in c.mandato de ſimon.nu.3.& 4.& argu.l. ꝙ uerò ꝯ
38 ff.de legib.& c.in argm̃ de reg.iur.in 6.†Vbicunque
uerò in diſpenſatione eſſet expreſſa rõ, tunc fieret
extenſio de caſu ad alium caſum,in quo eadem rõ
militaret arg.not.per glo.in ca.1. de temp.ord. in 6.
in c.quamuis de elect.eo.li.& in cle.1. eod. tit.Abb.
in d.c.at ſi clerici §.de adulterijs, & ibi Aret. & Fel.
col.antepen.& idem Fel.latè in c. poſtulaſti col.13.
extra de reſcriptis. Vnde cum Papa diſpenſauerit
cum D.Philone ſpurio,vt poſſit eſſe capax ſpiritua-
lium,iſta diſpenſatio non põt trahi, vt cum illo di-
catur diſpenſatum ẽt quoad tpalia, & ſucceſſiones
hæreditarias patris,& matris, quia tpalia à ſpiritua-
39 lib.penitus differunt,vt ſup.† Et inquit Abb.referẽ-
do uerba Io.And.in d.c.per uenerabilem colu.4.in
prin.ꝙ aut Papa habilitando, ſeu legitimando ma-
trimonium, & prolem illegitimè natã utitur uer-
bo legitimationis,&tunc proles efficitur legitima
quoad utrunque forum,& ſic quoad ſpiritualia, &
tpalia,aut utitur uerbo diſpenſationis,&tunc quia
diſpenſatio eſt ſtricti iuris,illa ſolum referri debet
ad ea,in quib.fuit diſpenſatum,& non ad alia per d.
40 c.1.de fi.presbytero.in 6.† differunt enim inter ſe le
gitimatio,& diſpenſatio ad tradita plenè per ſcrib.
oẽs in d.c.per venerabilem,Fel.in d.c.poſtulaſti co-
lum.14.Soc.in l.Gallus §. & quid ſi tm̃ in fina. uerb.
ff.de libe.& poſth.Petr.de Anch.in conſ.252.& 228.
41 Soc.in conſi.243.li.2.col.4.Et † ſubdit Abb.in d. ca.
per uenerabilem in fi.d.4.col.ꝙ opinio illa, quæ ha-
bet,ꝙ legitimati, ſeu diſpenſati quoad ordines ſa-
cros,& ſpiritualia non ſint legitimati,ſeu diſpenſa-
ti quoad ſucceſſiones parentum unà cum alijs ca-
pacibus,eſt uerior de ſubtilitate iuris, magisq; pla-
cet ipſi Abbati in d.4.col.in fi.ubi inquit illã in pra-
ctica ſeruari uidiſſe,& iõ non eſt ab ea recedendũ,
quia conſuetudo eſt optima legum interpres cap.
cum dilectus extra de conſuetud.& in l. ſi de inter-
pretatione ff.de legibus,nam ſm Abbatem, vt iam
dixi,ſpiritualia,& tpalia ſunt diuerſi iuris,&diſpen
ſatio eſt odioſa, & non amplianda, ſed reſtringen-
da,vt non excedat proprios terminos d.c.1.& 2.Ac
de hmõi practica,& conſuetudine ſtandum eſt uer
42 bis Abb. quia † doctori excellenti, & eminentis
ſcientiæ creditur de conſuetudine loci Bar. in l.de
43 quibus ff. de legibus. ¶ Rurſus per † diſpenſatio-
nem ſuper defectu natalium conceſſam ſpurio na-
to ex patre in magna dignitate ꝯſtituto, & ex con-
cubina,uel alia muliere humili genere orta ſuper
ſpiritualibus,& beneficialibus, ac dignitatibus ec-
cleſiaſticis non põt quis dici legitimatus,ſeu habi-
litatus ad parentum ſucceſſiones, niſi in legitima-
tione,ſeu diſpenſatione facta a principe fuerit ap-
poſita clauſula,non obſtante aliqua lege, ſeu non
obſtante lege prima C. de natura. liberi. Quinim-
mo ſi princeps expreſsè talem ſpurium legitimaſ-
ſet etiam quoad parentum ſucceſſiones, legitima-
tio non ualeret ſine illa clauſula, vt eſt text.notab.
cum gl.ibique Bal.&alij in d.l.1.Sed D.Philos,cum
quo fuit ſimpliciter diſpenſatum ſuper ſpiritualib.
natus fuit ex coitu punibili,& odioſo, hoc eſt ex
archiepiſcopo, & concubina humili genere orta,
& non fuit diſpenſatione prædicta clauſula appoſi
ta,ergo non potuit quoad parẽtum ſucceſſionem
dici legitimatus. ¶ Nec his ꝯriatur tex.in d.ca.per
uenerabilem poſt principium, quia ſi rectè conſi-
deretur,non probat,ꝙ Papa,cum ſpurio diſpenſan
do ad ſpiritualia,& dignitates eccleſiaſticas ſimpli
citer,dicatur ẽt tacitè,& in conſequentiam diſpen
ſare quoad temporalia, & parẽntum ſucceſſiones,
ſed quia ibi dubitabatur,utrum Papa, qui ptãtem
habet diſpenſandi ubiq; cum illegitimè nato quo
ad ſpiritualia,& dignitate eccleſiaſticas ca.j.de fil.
presbyteror.in 6.ẽt in terris imperij,& ſic generali-
ter habeat ptãtem legitimandi,&diſpenſandi cum
ſpurio & illegitimè nato quoad temporalia, & ſuc
ceſſionem parentum, à maioritate rõnis arguitur
ibi,ꝙ ſic,ſed ex hoc non ſequitur,ꝙ diſpenſans ſim
pliciter quoad ſpiritualia tacitè cenſeatur ẽt quo-
ad temporalia diſpenſare, cum in diſpenſationib.
quæ ſunt odioſæ,& ſtricti iuris, non poſſit extenſio
fieri de caſu ad caſum, ẽt ſi maior rõ militaret in
caſu,ad quem fieret d.cap.1.&2.de fil.presbytero.in
6.cum alijs ſupra allegatis. ¶ Præterea dicebat In-
nocentius iuris utriuſq; lumen in d.c.per uenerabi
lem,quem Nicol.de Vbal.in trac.de ſucceſ. ab inte
ſta.charta 16.uerſi. ſecundã partem primi articuli,
pluresq; ab eo allegati ſequuti fuerunt, ꝙ papa in
d.c.poſt principium loquitur allegando, non aũt
decidendo,& ſi uerba illius tex. bene inſpiciantur,
Innoc.ueritatem dicit,&Abb.ẽt ibi ab hoc intelle
ctu non recedit:Et propterea deciſio huius dubij
non vr̃ poſſe ab illo text. ſumi. Quare ego ſequor
ſnĩam Abb.& ſequacium tenentium, ꝙ papa diſpẽ
ſando cum ſpurio nato ex coitu reprobato,&puni
bili quoad ſpiritualia ſimpliciter non dicaf quoad
tpalia diſpenſare, q̃uis fortè Papa haberet auctori-
tatem legitimandi vbiq; quoad tpalia,& ſucceſſio
nes,qñ hoc facere uellet.Et ex his prima, & ſecũda
difficultas principalis ſupra ꝓpoſita remanet reſo-
luta. ¶ Quoad tertiã hæſitationem,quæ habet,præ-
ſuppoſita in capacitate d.Reuerendiſſimi epi Aſcu
lani,utrum portio hæreditatis, in qua ipſe à matre
fuit hæres inſtitutus, accreuerit comiti Ioanni co-
hæredi in teſtõ matris, quamuis plura hinc inde di
ci poſſent tñ breuitati ſtudendo, quia ẽt in paucis
ueritas conſiſtit, concludo,ꝙ in hoc caſu portio
hæreditatis,in qua D.Philos epiſcopus fuit à matre
inſti-

inſtitutus, cum defecerit ꝑꝑ illius incapacitatē, ac-
creuit comiti Ioāni, ſeu illius portioni, ne teſtatrix
pro parte teſtata, & ꝓ parte inteſtata deceſſiſſe di-
ceretur, ꝙ quidem ius noſtrum nō patitur l. ius no
ſtrum ff.de reg.iur.& arg.l.hęredi, & l.ſi duo ſunt, l.
cum hęreditate ff.de acq.hęr.& l. unica cū ibi not.
44 C.qn̄ non pet.par.¶ Secundo †deciſio huius cōclu
ſionis colligitur ex l.2.cū gl.C.de hęr. inſt. ubi ſi pa-
ter, uel mater hęredem pro parte inſtituerit filium
ſpurium, & ꝓ parte aliū filium capacem, tota hęre-
ditas capaci accreſcit, vt ibi expreſsè per illū text.
inquit Pau.Caſt.& eſt de mente Bar.poſt Rich.ma-
lum.in l.hæreditas col.2. uer. pro iſta declaratione
ꝗro C.de his quib.vt indig.qui inquit, ꝙ qn̄ oīno in
capax hæres palàm inſtituitur, tota hęreditas apud
hęredem capacem remanet, & ita ſæpe conſuluit
Bar.vt ipſe aſſerit, & eius conſilia referuntur ibi in
appoſtil.hoc idē uoluit ipſe Bar.in l.fi.in fi.C. de na-
tur.li.& in l.fi.col.2.circa fi.ff. de his, ꝗb.vt indignis.
¶Tertio facit optimus, & ſingularis tex. in d.l.j.C.
45 de natur.li.qui probat,† ꝙ ſi parens filium ſuū ſpu-
rium hæredē inſtituerit, uel aliter inter uiuos, aut
in ultima uoluntate illi reliquerit, ſi talis ſpurius ex
patre in eminenti dignitate, ſeu ſacerdotio cōſtitu
to, & ex fœmina uili, ſeu illius concubina ſit natus,
relictū huic ſpurio non debeť ipſi, ſed fratri, uel ſo-
rori legitimis, & capacib.uel certis aliis perſonis ac
ceptare uolentib. de quib.in d.l.1.ergo in caſu, de
quo agiť, pars hęreditatis, in qua D.Philos epūs fuit
inſtitutus comiti Ioāni eius fratri capaci diceť ac
quiſita, cū D.Philos ſpurius fuerit, natus ex archie-
piſcopo, cuius dignitas maxima eſt, vt dixi ſup.&
ex eius cōcubina humili genere orta: Et ꝙ ille tex.
in prin.loquať de concubina, uoluit ibi Bal. & pro
bať ex eius principio, ꝙ loquiť, qn̄ talis ſpurius na-
tus fuiſſet ex ſacerdote, ſeu ſenatore, & ſeruili fęmi
na, uel concubina, vt ibi ꝑ Bal.inter quos de iure ci
46 uili mr̄imonium eſſe non pōt:†facit ēt id, ꝙ uoluit
Archid.poſt Laurentiū ꝑ illum tex.in c. cum mul-
te in fi.15.q.8.ꝙ filij ſacerdotis poſt ſacerdotiū nati
ad ſucceſſionem parentū non admittunť, ergo reli
ctum illis a patre, uel matre diceť non ſibi, ſed hære
dib.legitimis, & capacib.ab inteſtato ſuccedentib.
acquiſitum, & prius cohæredib.dictorum filiorum
incapacium, vt uoluit Bar.in d.l.hæreditas: Et cum
hoc dubium ex p̄miſſis uideať optime reſolutū, iō
ſuper eo ulterius non inſiſto. ¶ Vltimā aggredior
dubitationem, in qua tota uis p̄ſentis cōſultationis
vr̄ conſiſtere, an p̄ſuppoſita totali incapacitate d.
Reuer.epi Aſculani patris D.Conſtantij nunc agē-
tis, ipſe D.Conſtantius legitimatus, qui remoto ob
ſtaculo patris primū locū ſucceſſionis auitæ tene-
bat, ſi ab auia fuerit ſine iuſta cā in eius teſtō p̄teri-
tus, poſſit dicere teſtm̄ nullū, & cām teſtati ad cām
inteſtati reducere, ſimulq; cū comitè Ioanne eius
patruo ad hæreditatē D. Catherinæ auiæ maternæ
admitti, tanq̄ ꝑ legitimationē ad primæuū ius natu
ræ, & ꝯn̄r ad ſucceſſionem parentū fuerit reſtitutus,
47 ad tradita per Fed.in conſi.57.† Et hæc oīa uera eſ-
ſe, & procedere in caſu nr̄o uidereť dicendū, nā cū
D.Conſtantius uiuente auia fuerit in pleniori for-
ma legitimatus ab habente ptātē legitimandi, fue-
ritq; habilitatus ad ſucceſſionē parentum ſuorum
ex teſtō, & ab inteſtato tā ex latere matris, q̄ patris,
& aſcendentium, ſequitur, ꝙ data incapacitate pa-
tris ſui quoad hæreditatem d.D.Catherinæ, vt ſup.
fuit concluſum, ipſe D Conſtantius nepos, remoto
obſtaculo patris ſpurij, ad tradita ꝑ Bart.in l. Gallus
§.quid ſi is ff.de lib.& poſth.quoad partem hæredi-
tatis auiæ ſuæ tp̄e teſtamenti, & mortis illius primū
locum ſucceſſionis obtinuit per Bart.in d.§.quid ſi
is:quo fit, vt ab auia uel inſtitui, uel ex cā p̄teriri, vel
exhæredari debuerit, arg.§. aliud quoq; capitulum
in auth.vt cū de appell.cogn.aliàs teſtm̄ dictæ auiæ
rōne p̄teritionis dicti ſui nepotis potuit, & pōt nul
lum dici d.§.aliud, l.inter cætera ff.de lib.& poſthu.
& inſt.de exhæred.li.in prin.&arg.d.l.Gallus §.&q̄d
48 ſi tm̄, & d.§.quid ſi is,†ubi data incapacitate filij, q̄a
erat apud hoſtes captus, pater teſtator nepotem na
tum, ſeu naſciturū teneť hæredem inſtituere, ne p̄-
teritus teſtm̄ rumperet, ſi contingeret filium apud
hoſtes decedere: ſed in hac ſpecie facti epūs filius
erat, incapax hæreditatis maternæ, vt ſup.demōſtra
tum eſt, & D.Conſtātius nepos legitimatus erat ca
pax primumq; locum ſucceſſionis auiæ pro parte
obtinebat, vt ſup.ergo tanq̄ p̄teritus ſine cā ab auia
49 illius teſtm̄ nullum dicere potuit.¶ Scđo † q̄uis D.
Catherina Philonem epūm ſpuriū non poſſet hęre
dem inſtituere, nec illi relinquere, ueluti ſæpius di-
ctum eſt, tn̄ nepotē ex illo natum capacem, & legi-
timatū inſtituere potuit, Bar.in d.§.quid ſi is, & eſt
de mente gl.iunctis ijs, q̄ ibi dicunt Sal. & alij doct.
cōiter poſt Bar.in d.l.fi.C.de nat.lib.& per ſcrib.poſt
Bar.in d.§.quid ſi is: Ergo auia de dicto nepote nul
lam faciendo mentionem dr̄ iniuſtè illum p̄terijſ-
ſe.¶ His tn̄ non obſtantib. ꝯriam ſn̄iam eſſe uerio-
rem exiſtimo, & primo ex iis, quę uoluit Pau. Caſt.
50 quem alii cōiter ſequuti ſunt, in d.§.quid ſi is, † ꝙ
diſpō d.l.fi.C.de nat.lib.quæ loquitur in auo maſcu
lo, cum ſit odioſa & exorbitans, non debet ad auiā
fœminā extendi, idemq; uoluit ibi Soc.& iō ſi auia
nepotem ex filio ſpurio inſtitueret, non ualeret in-
ſtitutio, & maximè, vt ſtatim dicam, qn̄ alius legiti
mus, & capax ſupereſſet, q̄ legitimè ſuccedere poſ
ſet, prout in caſu propoſito. ¶ Scđo principaliter
51 dico, † ꝙ nepos ēt lęgitimus, & naturalis natus ex
ſpurio pōt ab auo hæres inſtitui, qn̄ ipſi auo alia ꝓ-
les legitima, & ſucceſſibilis non ſupereſſet, arg. d.l.
fi.C.de natur.lib.ubi Bar.Sal.& alij, & Bar.Pau.Caſt.
Alex.& ferè oēs Mod.in d.§.quid ſi is cum aliis ibi
allegatis.Sed in caſu, de quo agitur, ſupererat alius
filius, hoc eſt comes Ioānes habilis, & legitimatus,
qui non ſolum Archiepiſcopo eius patri, ſed ēt D.
Catherinæ eius matri ſuccedere poterat, ergo ſi ar
chiepiſcopus, uel D.Catherina inſtituere uoluiſſet
d.Conſtantium ēt legitimatum natum ex ſpurio,
hoc eſt ex epo ēt nato ex coitu dānato, & punibili,
52 de iure minime potuiſſet.†Ex quo infertur, ꝙ licet
Conſtantius fuerit p̄teritus, ſeu de illo in teſtō auię
non ſit facta mentio, tn̄ non pōt dici præteritus tali
præteritione, quæ reddat teſtm̄ nullum, quia is tali
dr̄ præteritione præteritus, qui de iure inſtitui, aut
exhæredari debebat.d.l.inter cætera, d.§. aliud quo
que capitulum, & inſt.de exhære.libe.in prin.Et hoc
mō arguendo cōcluſio tradita redditur clara. Ter-
53 tio † nepos ex ſpurio pōt ab auo, uel præſertim ab
auia hæres inſtitui, qn̄ is natus fuit ex coitu nō dam
nabili, & punibili, nam tunc matri, & auiæ ex teſtō,
& ab inteſtato ſuccedere pōt d. l.ſi qua illuſtris cū
ſim.ſecus ſi ſpurius ex coitu reprobato, & punibili
natus fuiſſet, nam tunc nec ab auo, nec ab auia hæ-
res inſtitui poſſet, cum non ſit de perſonis compre
henſis in d.l.1. C. de naturalib.liberis: ita declarat
Bal.in l.ſi quis inceſti.C.de inceſtis nuptijs, quem re
fert, & ſequiť, multumq; in hoc commendat Alex.
54 in d.§.quid ſi is col. pen.uerſic.2.¶ Quarto † nepos
præteritus rumpit teſtamentum, qn̄ in locum pa-
tris ſuccedit, & primum locum, ſeu gradum ſuc-
ceſſionis obtinet d.l.Gallus per totam legem l.cum
in teſtamento ff.de hæred. inſtit. §. poſthumorum,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cum uerſi.ſeq.inſt.de exhęred.lib.Sed D.Conſtãtius
non poterat ad hæreditatem auiæ admitti, aut illi
ſuccedere in locum patris ſui epi, quia is nec locũ
illum,nec ius ſuccedendi in hæreditate matris ſuæ
habebat, cũ eſſet ſpurius natus ex coitu dãnabili,
& punibili,vt ſup.dictum eſt,ergo D.Conſtãtius nõ
põt aliquo mõ ſuccedere,nec dici pteritus tali pte
ritione,q̃ reddat teſtm̃ nullum: quo mõ arguendi
ferè in terminis utitur Pau.Caſt.in d.§.q d ſi is col.
antepe.uerſi.pſuppoſito tñ, ibiq; Socyn. Præterea ſi
auus,& auia ne poſſunt nepotem legitimè natum
ex ſpurio nato ex coitu punibili.&accuſabili hære
dem inſtituere,aut aliquid ei relinquere,&pſertim
qñ alia proles legitima ipſis extaret, vt uno ore in
caſu fortiori oẽs doct.fatentur in d.§.quid ſi is,&in
d.l.fi.ubi Sal.& alij poſt Bart.ergo à fortiori (quoad
argm̃: ualet in auth.multo magis C.de ſacroſan. ec
cle.& de epiſc.& cler.)minus poterit auus,ſeu auia
hæredem inſtituere nepotem illegitimè natũ,q̃uis
legitimatum,ſeu aliquid ei relinquere, ne plus ha-
beat luxuria,q̃ caſtitas ꝯ text.in auth.de reſt. & ea,
quæ parit §.ult.¶ Et ex pdictis multiplex,& clara re
ſponſio colligi põt ad primum fundm̃ ſupra ex op-
poſito conſideratum.¶ Non obſtat ſm motiuum,
quo dicebatur,ꝙ licet D. Catherina filium ſuum.
Philonem epum ob ſpurietatẽ hæredem inſtitue-
re non potuerit,tñ Conſtantium legitimatum inſti
tuere potuit, gl.cum addititione Franciſci Accur-
55 ſij in d.l.fi.Bar.& alij in d.§.quid ſi is,† quia, ſicut p-
ximè dixi,q̃uis auus poſſit nepotem ex ſpurio inſti
tuere,non tñ idem eſt in auia,Caſt.&Soc.in d.§.q d
ſi is.& ſupra dixi. Secundo & ſi auus nepotẽ poſſit
inſtituere,vt ſup.non tñ tenet nec aliqua cogit ne-
ceſſitate,de qua in d.l.gallus in prin.& in §.j. & p to
tam legem,qm̃ talis nepos ẽt legitimus, & natura-
lis auo ab inteſtato ſuccedere non põt, ut uolunt
Pau.Caſt.& alij in d.§ quid ſi is, igitur non põt dici
præteritus illa præteritione,qua teſtm̃ rumpit. Ter-
tio reſpondeo,ꝙ nepos ex ſpurio nato ex coitu pu
nibili, & damnabili ab auo,uel auia hæres inſtituit
non põt,Bal.in d.l.ſi quis inceſti,Alex.in d.§. quid ſi
is uerſi.2.limito,& pcipuè ſi alia legitima ſoboles,q̃
auo poſſet ſuccedere,ſupereſſet,put in pſenti caſu
extabat,& extat comes Ioãnes legitimatus,qui eſt
ſucceſſibilis,vt ſæpè dictum eſt: Ex quib.apertè con
ſtat,d.Conſtãtium nullum ius hr̃e in hæreditate D.
Catherinæ auiæ ſuæ,ſed ſolum comitem Ioannem
ad integram hæreditatem de iure admitti debere,
excluſo d.Conſtantio.Supereſſet & aliud deducen
56 dum ad fauorem comitis Ioannis,† ꝙ ex quo ipſe
comes Ioannes ſæpè cum d.D.Philone epo calcu-
lauit rõnes dati, & recepti hinc inde poſt mortẽ D.
Catherinæ teſtatricis, q̃uis dominus Philo fuiſſet
habilis ad ei ſuccedendum,tñ ex quo tacuit,& per
annos xxv.& donec uixit, comitem Ioannem oĩa
bona hæreditatis pdictæ D. Conſtantiæ poſſidere
paſſus fuit,& nunquam hæreditatem adiuit,cẽſeat
oẽ ius ſuccedendi,ꝙ fortè ſibi competebat, remi-
ſiſſe comiti Ioanni, arg.l.procula,& ibi Barto.ff.de
prob.gl.not.in l.libertis §.manumiſſis ff. de alimẽ.
& cib.leg.ubi ex his trib.hoc eſt ex taciturnitate lõ
gi tpis,& quia concurrebat fraternitas,&quia ſæpè
dati,& recepti hinc inde rõnes inuicem cõputatæ
fuerunt,inducitur tacita remiſſio iurium, & bono
rum hæreditariorium,Bar.& Fulg.& Sal.in d.l. pro-
cula,Abb.in c.fi.col.pe.extra de cauſ.poſ.& pprie.
quæ oĩa tria in caſu occurrẽti interuenerunt,ergo
ſi ꝙ ius in dicta hæreditate D.Philoni epo compe
tebat (ꝙ tñ ex prædictis negatur) totũ illud in co-
mitem Ioãnem cenſetur tranſlatũ, illiq; acquiſitũ:
Sed cũ intellexerim fundm̃ hoc lõgius, & plenius
fuiſſe ab alijs aduocatis diſcuſſum, nõ uiſum eſt ſu
per eo ulterius inſiſtere, & pſertim qa nõ expedit,
cum iuris manifeſti ſit, ipſum D.Philonem epum
non potuiſſe,nec debuiſſe a matre ſua inſtitui,neq;
illi ſuccedere,minuſq; ipſum D.Conſtantium, ue-
luti ſupra latè dictum fuit. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Spurius eſt bonorum patris incapax, & indignus non ſuo, ſed alieno uitio.*
2 *Spurio à patre relictum, aut donatum quibus in caſibus fiſco applicatur.*
3 *L.j.C.de natur.lib.non habet locum in ſpurio nato ex matre ingenua paupere, & humili quoad ſanguinem tantum, et ex patre poſito in una ex dignitatib.in d.l. euumeratis, & minus in minori: Sed ſolum in perſonis ibi expreſsis procedit.*
4 *Nec locum habet, qñ hæredes ex teſtõ, uel ab inteſtato relinquenti, aut donanti ſpurio ſupereſſent.*
5 *Niſi ij tacitam, uel expreßam fidem relicto facto ſpurio fidem accommodaſſent.*
6 *Relictum, ſiue donatum ſpurio qñ hæredib.tàm ex teſtõ, quàm ab inteſtato, excluſo fiſco, applicetur, etiam ſi illi palàm ei relicto fidem ſuam accõmodauerint.*
7 *Iuramentum de non contraueniendo, & aſſertorium refertur ad promißa, & principaliter diſpoſita, non aũt ad poſita in inſtrumento incidenter, & enunciatiuè, ſeu demonſtratiuè.*
8 *Relictum ſpurio à patre, ſi fuerit ab hæredibus iuramento confirmatum, an ob iſtud iuramentum ſpurius capax illius efficiatur adeò, quòd hæredes contrauenire nequeant, & an fiſco tunc, an hæredibus iurantibus acquiratur nu. 12.*
9 *Iurm̃, et pactũ, per ꝙ fieret, ſpurios poße à patre capere, eſt nutritiuum peccati, & contra bonos mores, & iõ non ſeruandũ.*
10 *Statutum regulariter vocans ſpurios ad ſucceſſionem parentum non ualet.*
11 *Succeſſio filiorum eſt de iure naturali, & diuino.*
13 *Ad relictum, ſiue donatum ſpurio infra quod tempus venientes ab inteſtato admittantur.*
14 *Habilitatio à iuramento quoad effectum agendi nullius eſt præiudicij, & abſq; patris citatione, ac cauſæ cognitione concedi ſolet: Secus eſt in abſolutione à iuramento.*
15 *Iuramentum contra bonos mores, & peccati ſaltem per indirectum nutritiuum non valet, neque ligat, vt neque abſolutio, ſiue habilitatio ab eo requiratur.*
Et petita ad cautelam, conceſſaq; minus ſolemniter non vitiat.

EPITOME.

RElictum, ſeu donatum à patre filio ſpurio na
to ex humili ſed ingenua muliere, & ex pa-
tre non poſito in una ex dignitatib. expreſſis in l.1.
C.de natura.libe. debentur hæredib.ſiue ex teſtõ, ſi
ue ab inteſtato,non autem fiſco applicatur,ẽt ſi hæ
redes illi relicto,ſeu donato fidem ſuam palàm ac-
commodaſſent,illud confirmando, & promitten-
do non contradicere etiam cum iuramento.
Et in quibus ſpurijs d. l. j. C. de natur.liber.locum
habeat,declaratur.

CONSILIVM CLXIIII.

IN cauſa,quæ pendet inter comites Guido
nem,& Apollonium agentes ex una,&do
minum Herculem reum conuentum ex
altera,quamuis dubitationes ꝯ ipſos agentes pro-
poſitæ ab alijs excellentiſſimis aduocatis, qui mul
tum abundè,& copioſè ſcripſerunt,ſublatæ uideã-
tur,ut ulterrius laborandum non eſſet tñ,ut petitio
ni amicorũ, & ueritati ſatisfaciã,ſuper illis paucis
agendo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN